

Vidi Dominum.

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 20, 11-18

In illo témpore:

- ¹¹ **M**aría stabat ad monuméntum foris plorans.
Dum ergo fleret, inclinávit se in monuméntum
- ¹² et videt duos ángelos in albis sedéntes,
unum ad caput et unum ad pedes,
ubi pósito fúerat corpus Iesu.
- ¹³ Et dicunt ei illi:
«Múlier, quid ploras?».
Dicit eis:
«Tulérunt Dóminum meum,
et nésccio, ubi posuérunt eum».
- ¹⁴ Hæc cum dixisset,
convérta est retrórsus et videt Iesum stantem
et non sciébat quia Iesus est.
- ¹⁵ Dicit ei Iesus:
«Múlier, quid ploras?
Quem quæris?».
Illa, exístimans quia hortulánuus esset, dicit ei:
«Dómine, si tu sustulísti eum,
dícito mihi, ubi posuísti eum,
et ego eum tollam».
- ¹⁶ Dicit ei Iesus:
«María!».
Convérta illa dicit ei hebráice:
«Rabbúni! — quod dícitur Magíster —».
- ¹⁷ Dicit ei Iesus:
«Iam noli me tenére,
nondum enim ascéndi ad Patrem;
vade autem ad fratres meos et dic eis:
Ascéndo ad Patrem meum et Patrem vestrum,

et Deum meum et Deum vestrum».

¹⁸ Venit María Magdaléne
annúntians discípulis:
«Vidi Dóminum!»
et quia hæc dixit ei.

Verbum Dómini.